Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

sepulchra in egypto, ideo tulisti
nos vt moriamur in solitudine. Ad
hoc fecisti nobis vt educeres
nos ex egypto. Hoc est ergo est
sermo quem loquebamur ad te in
egypto dicentes. Recede a nobis
vt seruiamus egyptiis, melius est enim
melius est nos seruire eis quam mori
in solitudine. Et ait moyses ad
plebem. Nolite timere, state et
videte magnalia domini, quae fecit
hodie. Egyptios enim quos
nunc videtis, neque ultra
videbitis vsque in sempiternum.
Dominus pugnabit pro nobis, et vos
tacebitis. Dixitque dominus ad
moysen. Quid clamas ad me
loquere filiis israel vt proficiscantur.
Tu autem dirige virgam tuam, et
extende manum super mare, et
diuide illud vt gradiantur filii
israel in medio mari per siccum. Ego
autem indurabo cor egyptiorum
vt persequantur et glorificabor
in pharaone, et in omni exercitu
eius, in curribus et in equitibus
illius, et scient egyptii, quia ego
sum dominus cum glorificatus fuero
in pharaone, et in curribus, atque
in equitibus eius. Tollensque se
angelus dei qui precedebat ca-
stra israel abiit post eos, et cum
eo pariter columna nubis prima
dimittens. Post ipsum stetit me
castra israel, et erat nubes te-
nebrosa et illuminans nocte ita
vt adire minime, tota nocte
prae caecitate non valerent. Cum
extendisset moyses manum
super mare abstulit illum dominus
flante vento vehementi, et
urenti tota nocte, et vertit
illud in siccum. Diuisaque est
aqua, et ingressi sunt filii israel
per medium maris siccum, erantque ei
aqua ex eius murum a dextera sinistra
et laeua. Persequentes vero eos
egyptii, post eos, omnes equitatus
pharaonis currus eius, et equi-
tes per medium maris. Iamque ne-
dum appropinquaret matutina, et ecce
respiciens dominus super castra
egyptiorum per columnam ignis et
nubis, interfecit exercitum eorum
et subuertit rotas curruum, ferebantque
in profundum. Dixerunt
quoque egyptii, fugiamus israhe-
lem, dominus enim pugnat pro eis
contra nos. Et ait dominus ad moy-
sen. Extende manum tuam super
mare, vt conuertantur aquae
ad egyptios super currus et equites
eorum. Cumque extendisset moy-
ses manum contra mare, diluculo
est primo diluculo ad pristinum
locum. Fugientibusque egyptiis
occurrerunt aquae, et in voluit
eos dominus fluctibus. Reuersaque
sunt aquae, et operuerunt currus et
equites cuncta exercitu pha-
raonis, qui persequentes in gres-
si fuerant mare, nec vnus quidem
ex eis superfuit exercitus. Filii autem
israel per exercitum per medium siccum
maris, et aquae erant eis ori-
per murum a dexteris et a sinistris.
Liberauitque dominus in die illa israel
de manu egyptiorum, et vidit
egyptios mortuos super litus ma-
ris, et manum magnam, quam
exercuerat dominus super eos, timu-
itque populus dominum et credide-
runt domino et moysi seruo eius.
Tunc cecinit moyses et filii
israel carmen hoc domino et dixe-
runt. Cantemus domino gloriose
enim magnificatus est